

*Tropidosaurus capensis*. Dum. et Bibr. (1)

Hoc peculiare circa hanc speciem adnotandum puto, scilicet colorem non luteum-rubentem esse, quemadmodum Bibronius tradit, sed viridem obscurum. Cuique tamen innotescit quanta colores varietate donentur pro varietate regionum, quantumque in Alcoole diluantur. Desunt duo, tresve lineae in dorso, at ad latera fascia est *brunneo* nigricans, quae ab orbita ad primam quartam caudae partem extenditur, et sub initio albo colore cingitur. Alia parva infula ab hiatu auriculari ad humera usque nigrescens perducitur. Scutum nasale in longitudinem divisum. Squamae caephalicae rugosae ac sulcatae.

(1) Erpet. T. V. p. 171.